



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 42. Fridericus II. Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

chiepiscopo concessit potestatem Legati Sæcul. XIII.
Sedis Apostolicæ in Hispania ad annos A.C. 1215.
decem, atque etiam licentiam dispensan-
di in natalibus nothorum trecentorum,
quorum aliquos ad Ordines sacros ad-
mitteret, aliis Beneficia, etiam cura a-
nimarum adjecta, conferret, alias ad va-
rias Dignitates eveheret. Præterea au-
toritatem ei tribuit dispensandi in cau-
sa quorumdam, ob sacrilegia excommu-
nicatorum, Irregularium, aut Concubi-
natus convictorum. Ex his Lector
facile judicabit, quibus vulneribus Eccle-
sia Hispaniæ affecta fuerit.

§. XLII.

Fridericus II. Imperator.

Inter Principum Sæcularium Legatos,
in Concilio Lateranensi præsentes, a-
derant Berardus Archiepiscopus Panor. *Ric. S. Ger.*
mitanus, a Friderico Rege Siciliæ, & qui-
dam Mediolanenses, missi ab Ottone Im-
peratore, qui se deinceps Ecclesiæ Ro-
manæ obedientem futurum promittebat.
Verum Marchio Montisferrati, causæ
Friderici Regis Siciliæ addictus, Medio-
lanensibus se se objecit, affirmans, neuti-
quam audiendos esse, cum Otto jusju-
randum Ecclesiæ Romanæ favens vio-
lasset, illas urbes, excommunicationis
occasionem, adhuc dum retineret, &
plura alia Ecclesiæ amicitia indignum

an. 1215.

Aa 4 effice-

Sæcul. XIII. efficeret. Mediolanensibus speciatim
A.C. 1215. exprobrabat, quod Excommunicatione
innodati essent, utpote Ottonis Fauto-
res, & quod Patarinos Hæreticos in ur-
be sua delitescere sinerent. Ad hæc
Mediolanensibus acerbius respondentibus,
convicia invicem jacta sunt; quod
ubi Pontifex audivit, de Cathedra sui
surgens, & silentium manu imperans,
cum Clericis exiit. Nihilominus sub
finem Concilii deinde Electionem Friderici
Imperatoris confirmavit. Nam
Fridericus securum reddiderat Papam,
nunquam fore, ut Siciliæ Regnum jan-
ap. Rainald. geret Imperio; quod dispicimus ex Li-
1215. n. 38. teris patentibus, Argentorati prima dic
Julii hoc anno millesimo ducentesimo
decimo quinto datis, & Bulla aurea mu-
nitis, in quibus Innocentio Papæ pro-
mittit, se, ut primum Imperator coro-
naretur, & potestate patria dimissurum
filium suum Henricum, quem coronari
jam jussisset, eique collaturum esse Sic-
liæ Regnum, Ecclesiæ Romanæ Feudum,
& hoc quidem pacto, inquit, ut nos exin-
de titulum Regis Siciliæ non amplius
usurpemus. Curabimus vero, Siciliam
interim ex tuo consilio a viro eximio
regi, usque dum Rex, filius noster, per a-
tatem populis moderari possit. Ne post-
quam, Dei Gratia, ad Imperatoris di-
gnitatem pervenimus, jam Siciliæ Re-
gnum

gnum Germanorum Romanorumque Im- Sæcul.XIII.
perio accessisse videatur, si simul utrum- A.C.1215.
que teneremus. Ne etiam Sacræ Sedis
auctoritati, aut Successoribus nostris, qua-
lecumque damnum inferatur.

§. XLIII.

Res Angliæ.

Antequam Concilio daretur initium, *Matth. Par.*
Regis Angliæ Mandatarii, scilicet *an. 1215.*
Abbas Bellilocensis, duoque Equestris Or. p. 229.
dinis viri, Summi Pontificis conspectum
subeuntes, Stephanum Langtonum,
Archiepiscopum Cantuariensem, accu-
sarunt, quod cum Baronibus Angliæ ad
Regem de solio detrahendum conjuras-
set, & postquam mandata Papæ accepis-
set, rebelles Censuris Ecclesiæ ad offi-
cium compellere jussus, nullam Papalis
præcepti habuisset rationem. Tum-
que ob contumaciam ab Episcopo Wintoniensi ceterisque Papæ Mandatariis
suspensus, ita ut erat Censura ligatus,
ad Concilium venire ausus fuisset. Ar-
chiepiscopo erubescenti nihil, quod re-
sponderet, superfuit; sed a Censura su-
spensionis absolvi petiit, cui Papa indi-
gnans: *Per S. Petrum! id facile non im- petrabis, postquam insigni injuria non*
Regem Angliæ modo sed etiam Eccle- sian Romanam lœsisti. Hac de re no-
bis cum Fratribus nostris deliberandum

A a 5 est.